

Johann Jacob Rohde Christoph Ast


**Dissertatio Historico-Moralis, De Eruditorum Nimio Libros Coemendi
Congerendique Studio, Sive: Von dem unmäßigen Bücher-Kauff der Gelehrten :
A. R. S. MDCCXV. ad diem X. Jul.**

Regiomonti: Reusner, [1715]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn833116746>

Druck Freier  Zugang





B6-1053¹⁻³¹

19. DISSERTATIO HISTORICO-MORALIS, 74.

DE
ERUDITORUM NIMIO
LIBROS COEMENDI
CONGERENDIQUE
STUDIO,

SIVE:

Von dem unmaßigen
Bücher-Kauff der Gelehrten/

QVAM
IN ACADEMIA PATRIA
AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILO-
SOPHICÆ CONSENSU,


P. P.

PRÆSES

M. JO. JACOBUS ROHDE,

Regiomont.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO  Mario - Insul.

Phil. & Theol. Stud.

A. R. S. MDCCXV. ad diem X. Jul.

FRANCISC. PETRARCHA de remed. utriusq; fortunæ lib. 1. Dial. 43

*Egregios cumulare libros, præclara supellex;
Ast unum utilius volvere sæpe librum.*

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.

1708

20.

21.

22.

23.

24. 6

25.

45

VIRIS

*Per-Illustribus, maximè Strenuo, & Gene-
rosissimis,*

DOMINO
OTTONI FRIDERICO
de GROEBEN,

Sacrae Regiae Majestatis in Polonia, & Republicae ejusdem
Generali, Militiae Ductori, nec non Chiliarchae
legionis pedestrium,

Sacrae itidem Regiae Majestatis in Borussia districtus Mario-In-
fulani & Riefenburgensis Capitaneo Praesidi, longos jam per
annos meritissimo,

*Hereditario in Neudörffchen / Roseinen / Klosterchen /
Reilhoff / &c. &c.*

DOMINO
JOHANNI ERNESTO
de Behwald /

Sac. Reg. Maj. Boruss., summi, quod ibidem est, Tribunalis,
Consiliario & territorii Osterrodensis atque Hohensteinensis
Capitaneo, vices gerenti splendidissimo,

*Hereditario in Groß & Klein Dittlen / Klein Bandcken /
Hirschfeld / Rückgarben / &c. &c.*

Dominis suis Gratosissimis.



VIRIS

Maximè Reverendo, Præ Nobilissimis, Excellentissimis, Nobilissimo, Amplissimis & Consultissimis

DNO. MICHAELI Schreiber/

S.S. Theol. Doctori, ejusque Profess. Publ. Ordinario celeberrimo, Consistorii Regii Sambiensis Consiliario gravissimo, Cathedralis Ecclesiæ Pastori, Scholæque illius Inspectori meritissimo, Bibliothecario Wallenrodiano laudatissimo, nec non Decano Facultatis Theol. nunc spectabilissimo,

DNO. HENRICO Schönfeld/

Juris Utriusque Doctori & Prof. Publ. celeberrimo, Consiliario clarissimæ Reipublicæ Palæopolitanæ gravissimo, Pratori æquisimo,

DNO. JACOBO Rohden /

Consiliario florentissimæ Reipublicæ Lœbnicensis, singulari prudentia maximè conspicuo, Antistiti Ecclesiæ ejusdem supremo dignissimo,

DNO. FRIDERICO Rohden/

Camerario inclyti Scabinatus Palæopolitani spectatissimo,

DNO. CHRISTIANO Thielen/

Civi urbis Palæopol. & Negotiatori felicissimo,

Evergetis, Promotoribus, atque Affini impense colendis, suspiciendis,

1708

20.
21.
22.
23.
24. 6
25.

Musarum Proceres, illustria Stem-
mata, Vestrae

Dat philyras aræ cernuus hasce timor.
Et, Mæcenates, mihi grandia Nomi-
na, Vobis

Dedit eas, VESTRO nomen in ære tra-
hens.

Quidve Cliens posset VESTRIS superaddere
palmis,

Quam folium Clius, munera verna,
suæ?

*Id quod venerabunda offert manu
atatem subjectissimus*

RESPONDENS.



Conspectus Differtationis.

§. I. *Brevem quasi præfationem continet.* §. II. *nominantur Principes, qui magno quidem studio libros congefferunt, neutiquam tamen hæc in re nimium sumtuosi fuerunt.* §. III. *de LAURENTIO MEDICES, Etruriæ Principe.* §. IV. *de HULDARICO FUGGERO Comite, & BESSARIONE, Cardinali.* §. V. *de BORELLIO & COTTONO.* §. VI. *de CORDESIO.* §. VII. *de ALDOMANUTIO.* §. VIII. *de JO. SAMBUICO.* §. IX. *de SILIO ITALICO, librorum ad emacitatis usque reprehensionem avidissimis emtoribus, dicitur.* & §. X. *de D. JOH. FRID. MAIERO & D. JOACH. HOPPIO aliisq. agitur.* §. XI. *Viri, scilicet BUSBEQUIUS, CANTERUS, PEIRESKIUS, & alii plures, qui modum in coemendis libris tenuerunt, laudantur.* §. XII. *rationem de hæc eruditorum nimia libros collectione, judicandi, indicat.* §. XIII. & XIV. *completitur effata illorum, qui, alios, quod cum rei familiaris detrimento libros congefferint, reprehendant.* §. XV. *Variorum testimonia, quibus emtionem librorum immodicam, approbant, leguntur.* §. XVI. *Philosophi in libris colligendis maxime sumtuosi, citantur.* §. XVII. *Omnium generatim,* §. XVIII. *speciatim Principum* §. XIX. *summorum in republica virorum, denique* §. XX. *privatorum immodicus libros conquirendi ardor improbat.* §. XXI. *Cur quidam numerosissimas sibi comparent bibliothecas, explicatur.* §. XXII. & XXIII. *de quorundam exigua librorum supellectile, dicitur.* §. XXIV. *quid hac de re judicandum, indicatur.* §. XXV.

A

G

20.

29

21.

22.

23.

24. 6

25.

1708

§. XXVI. Argumenta, quibus aliqui librorum tenuem apparatus commendant, solvuntur. §. XXVII. quomodo, quamq; ob causam libri debeant colligi, significatur. §. XXVIII. Eruditorum quorundam bibliotheca, ob librorum copiam & delictum præstantissima, laudantur.

§. I.



Ommune olim Arabum, virorumq; in hâc gente doctissimorum proverbium fuit: *Compara tibi aurum in mensura, sapientiam sine mensura.* (a) Ex hoc autem nobili effato patet, quod homines non flagranti perpetuoque studio pecuniam colligere, sed exiguis opibus contenti esse, & id potius agere debeant, ut omni operâ in literas incumbant, inque artibus optimis versari, non desinant. Quoniam vero omnis eruditio in libris, uti gemmæ in thecis, continetur, magno etiam numero eruditorum scripta sunt congerenda. Omni ergo ætate viri ex doctrinâ nobiles, imo principes vixerunt, qui maximam & persæpè nimiam pecuniæ vim erogârunt, ut bibliothecas, librorum in quâlibet scientiâ exquisitorum, copia, plenissimas haberent; De his autem præsentî dissertatione, bono cum DEO, verba faciam.

(a) vid. CAROLI in Animadv. ad AULI GELLII lib. 3. c. 17. pag. m. 234.

§. II.

Quod autem eruditos attinet, qui in librorum collectio-

lectione modum non tenuerunt, his neutiquam annumerandi sunt Principes sapientissimi, CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS (b), THEODOSIUS Junior, (c) CONSTANTINUS M. (d), PTOLOMÆUS Rex Ægyptiorum (e), MATTHIAS CORVINUS (f), XYSTUS IV. Pontifex (g), FRANCISCUS, Rex Galliæ (h) & AUGUSTUS, Dux Brunsvicensium (i) Princeps laudatissimus; Horum enim magnum equidem, non autem nimium in conquirendis variarum lingvarum libris, studium fuit, magnis iidem sumtibus virorum, in quavis gente ob eruditionem clarissimorum, scripta compararunt, non tamen omnes profuderunt opes, ut magnificâ librorum supellectile bibliothecas locupletarent.

(b) De hoc, inquit, LOHMEIERUS, memoriæ proditum est, quod ex omnibus terrarum orbis partibus libros optimos summâ curâ conquisiverit c. VIII. in libr. de Biblioth. (c) Hic Bibliothecam Constantinopolitanam adeo auxit, ut decem librorum utilissimorum myriades contineret, conf. LOHMEI. l. c. c. VII. Sect. II. (d) Hic, quos congerere poterat, thesauros, liberalissimè impendit, ut libros, quos persecutionum temporibus gentiles ex sacris aliisque ædibus abstulerant, eo melius citiusque posset colligere, vid. EUSEBIUS lib. 3. de vita Constant. M. & CONRING. in Epist. de bibl. augustâ p. 196. part. 1. collect. script. de bibliothecis atque archivis, quos MADE- RUS & J. A. SCHMIDIUS, magni nominis Theologus ediderunt. (e) De Ptolomæi Regis Ægyptiorum studio bibliothecam condendi, librosque maximis impensis coemendi, vid. CELLARIUS in dissert. de LXX. Interpretibus, quæ extat part. I. p. 272. seqq. in volum. dissert. CELLARII, quas Clar. WALCHIUS collegit; Fusius autem de Ptolomæi bibliotheca differuerunt, I. F. GRONOVIVS, LUD. NEOCORUS alique, quos de Museo Alexandrino scripsisse, refert JO. A 2 ALB.

20.
21.
22.
23.
24. 6
25.

1708

ALB. FABRICIUS, Hamburgensium celeberr. Polyhistor in Bibliogr. Antiquaria p. 603, & 604. (f) Extruxerat hic bibliothecam, cui similem orbis Europæus non habuit, quam ille Græcis Hebraicisque voluminibus replevit &c. neque Græciæ tantum & Orientis, sed & Italiæ thesauros huc congeffit, qui Florentiæ librarios magnis impensis aluit, ut melioris notæ autores Græcos & Latinos exscriberent, inquit MORHOFIUS in Orat. p. 638. (g) De illius ardore libros conquirendi agit LOHMEIERUS de biblioth. cap. IX. (h) Vid. SLEIDANUS lib. 19. ad annum 1457. & libr. 3. in quo Regem hunc bibliothecam ingentibus sumptibus ad Fontisbellaquei ædes adornasse dicit. (i) Hujus continuos pro augenda bibliotheca labores, magnificè laudat MORHOFIUS in Polyh. liter. lib. 1. c. 3. p. 25. inprimis autem CONRINGIUS & HILDEBRANDUS, quorum verba adducit, scriptaque nominat M. IO. CHRIST. KOCH in Schediasm. de ordin. Biblioth. pag. 15. seq.

§. III.

Forte autem nimirum libros emendi desiderium quondam habuisse videtur LAURENTIUS MEDICES, Princeps Etruriæ omni memoria honoratissimus, Musarumq; stator benignissimus. *Multum enim, (ut FREHERI verbis (k) utar) opera in conquirendis toto terrarum orbe lingua utriusque voluminibus posuit, immanesque sumtus ea in re fecit.* Hic lectissimorum librorum copiam amicis suis divitiarum loco ostendere consuevit, optavitque tanta sibi ab Angelo Politiano & Pico Mirandulano Cornite, ad libros emendos præstari incitamenta, ut deficientibus sumptibus totam tandem ea propter suppellectilem suam oppignorare cogeretur, uti LOHMEIERUS (l) scribit. Et quamvis tam grandi pecunia, tot eruditissimorum virorum operâ & peregrinationibus conquisita, Principis modo laudati Bibliotheca, cum Medicei



dicei ex Florentinorum urbe, per domesticas feditiones eji-
cerentur; extra Italiam aucta inque Galliam (m) trans-
lata fuerit; COSMUM tamen Principem Etruriæ hac tem-
pestate præstantissimum, incredibili curâ & infanis, seu
quæ modum prope excedunt, sumtibus, libros adhuc con-
gerere, GRÆVIUS more suo i. e. disertissimè prædi-
cat. (n)

(k) In theatro virorum erudit, clarorum p. 746. Ubi etiam breviter
hujus Laurentii Medices vita descripta legitur. (l) Cap. 9. de
biblioth. (m) CONRINGIUS in epist. de Bibl. Au-
gusta p. 171. part. 1. Collect. script. de bibl. ubi THUANI
hac de re verba leguntur. (n) In epist. dedic. quæ Lu-
ciani Dialogo, qui Pseudosophista seu Solocista inscribitur, est
præfixa.

§. IV.

Huic literarum amantissimo Principi adjungo HUL-
DARICUM FUGGERUM *Comitem*, & summæ digna-
tionis virum BESSARIONEM, qui ab Eugenio IV. Pon-
tifice, in conventu, deliberandi de rebus sacris Florentiæ
convocato, Patriarcha Constantinopolitanus & Cardina-
lis creatus est. Illius, FUGGERI scil. bibliothecam, singula-
remque libros optimos conquirendi curam KOCHIUS (o)
ita describit: *Inter privatas velut stella eminent ea, quam Hul-
darius Fuggerus, vir literaria rei cupidissimus conqui-
siverat. Hæc ferè iste librorum vocari posset, tot enim ob instruendam bi-
bliothecam effuderat sumtus, ut à cognatis patrimonii amplissi-
mi administratione dejectus fuerit, & si Thuano fides habenda,
ex in ærore contracto, in melancholice morbum incidere.* (p)
Laudat pariter hujus Fuggeri & aliorum, qui eodem illustri
genere nati sunt, Fuggerorum scilicet, in coemendis

A 3

optimæ

20.

29.

21.

22.

23.

24. 6.

25.

optimæ notæ libris editis, æquè ac manuscriptis, studium MICH. NEANDER, vir doctissimus. (q) BESSARION autem Cardinalis, elegantiorum literarum restaurator (r) & acerrimus Philosophiæ Platoniciæ sectator, (s) quod summo ardore, usque ad emacitatis reprehensionem, libros congesserit, ipseque hoc in epistola ad Senatum Venetorum, cui suam profecto numerosissimam legavit donavitque bibliothecam, scripta, clarè fatetur. *Semper, inquit, à tenerà ferè puerilique etate, omnem meum laborem, omnemque operam, studium, curamque adhibui, ut quoscunque possem, libros, in omni disciplinarum genere compararem. Propter quod non modo plerosque & puer & adolescens manu mea conscripsi, sed quicquid pecuniola seponere interim parca frugalitas potuit, in his coemendis absumpsi.* (t) Paulo post scribit: *Quamvis autem huic rei toto animo semper incubuerim, ardentiori tamen studio post Græciæ excidium & detestandam Byzantii captivitatem in perquirendis libris Græcis omnes meas vires, omnem curam, omnemque operam, facultatem industriamque consumpsi.* (u) Eundem vero hunc Cardinalem, virum ingenii acumine, eloquentia & prudentia in aliis scientiis eximia præditum, (x) in emendis autem libris maximè sumtuosum fuisse, FREHERUS, (y) NEANDER, (z) aliique (aa) latis perspicuè testantur.

(o) de ordinandâ Bibliotheca p. 27. conf. BÆLIUS in Lex. Hist. Crit. Tom. 2. p. 1291. & 1294. (p) Plura de illo refert FREHERUS l. c. p. 769. imprimis autem quod Huldarius Bibliothecam suam, uti loquitur, propter MStam magni æstimandam, fidamque exilii sui comitem, moriens Frid. 3. Elect. Palat. legaverit. (q) in brevi comment. de biblioth. de perditis ac noviter instructis. (r) vid. brevissimum de Scriptor. L. Lat. ad seculum

lum usque XVII. clarissimis Syntagma, quod Orationi de L. Lat. non ex Grammat. libris comparanda adjecit, & una cum laudata Jac. Facciolati oratione Lipsiæ nuper WALCHIUS edidit. (r) vid. hac de re exemplum notabile in ACKERI supplem. ad STRUV. Biblioth. p. XI. (z) mutatis plane verbis hæc leguntur in CAMERAR. horis subcif. part. 3. c. 72. (u) Hæc omnia BESSARION de seipso scribit p. 490. & 491. in Epist. quæ est postrema inter Philog. ex GOLDASTI bibliotheca cum indice & præfat. CONRINGII editas. (x) vid. Judicium WHARTONI in Append. ad CAVEUM p. 77. (y) in descript. vitæ hujus Bessar. quæ l. c. p. 21. legitur. (z) in Comment. quem paulo ante nominavi. (aa) Sic NAUDÆUS in dissert. de instruenda Biblioth. dicit hunc Bessarionem triginta mille thaleros in codicibus græcis collocasse vid. p. 116. part. 2. in collect. script. de Biblioth. à MADERO & SCHMIDIO edita.

§. V.

His autem, qui partim claro sanguine geniti, partim ob amplissimos dignitatis gradus, quos adepti sunt, honorati fuere, alios in emendis libris viros nimium sumtuosos adjungo. Inter hos familiam quasi ducit JO. BORELIUS, qui Zeelandiæ ordinibus olim à secretis fuit, & ingentem voluminum Ebraicorum, simul autem rarissimorum apparatus, ast cum rei familiaris detrimento collegit. (bb) Profusus in eadem re sumtus fecit ROBERTUS COTTONUS (cc) Eques auratus, & uti quidam Angliæ Magnates appellantur, Baronettus, qui tantum pecuniæ in libris conquirendis impendit; ut non modicam eapropter patrimonii partem vendere fuerit coactus. Idem innuere videtur ANONYMUS (dd) quidam de Cottono scribens: *Er verschaffte sich (ee) mit vielen Unkosten eine sehr grosse Bibliothec, welche mit den*

20.

29.

21.

22.

23.

24. 6

25.

1708

den raresten Codicibus und Manuscriptis versehen war/ wodurch er sich einen solchen Ruhm erworben hat / welcher so lange als Engeland / ja die ganze Christliche Welt stehet / bleiben wird. — Er hat alle Sorge angewandt / wie er die raresten Codices manuscriptos , die noch von denen zerstörten Klöstern übrig waren / habhaft werden könnte / welches er auch mit den grösssten Unkosten / die kaum in eines Privati Vermögen stehen / zu wege gebracht hat.

(bb) vid. CUNÆUS in præf. libri de Rep. Ebr. item PHIL. CAROLI animadv. ad Gellii lib. 3. c. 17. (cc) KOCH de ordin. Biblioth. p. 22. (dd) qui ADOLPH. CLARMUNDI nomine Part. X. de vit. clariss. in re liter. virorum, Witteb. edidit. (ee) Catal. Bibl. Cottonianæ prelo subjecit THOMAS SCHMITH, ejus summa legitur in Act. erud. Lips. 1696. p. 441.

§. VI.

Eandem uti Cottonus mentem CORDESIUS habuit. Cordesii vero Bibliothecam, ejusq; ut libros colligeret, ardorem, vir quidam natione Gallus, (ff) ita describit: *Voici, inquit, le Catalogue d'une des plus belles bibliothèques de Paris; dressée par feu Mr. de Cordes, Chanoine de Limoges, avec tant d'ardeur & de passion, qu'il retranchoit souvent de son ordinaire pour avoir des livres comme le remarque Mr. Naude, dans son éloge &c. Après sa mort le Cardinal Mazarin acheta sa bibliothèque, ou il avoit de tres bons manuscrits.* Ejusdem vero Cordesii magna in cumulandis libris fuit cupiditas, quam tamen, inquit MORHOFIVS, (gg) ita temperavit, ut in statu ecclesiastico vivens, plus non impenderet, quam accepti rationes paterentur. Genium tamen suum defraudavit sæpe, ne hæc voluptate excideret. Mira hæc



hæc & contraria sunt, quæ *Morhofius*, immortalis ille literarum Heros, de *Cordesio* scribit; mox enim *Cordesium* non plus, quam accepti rationes paterentur, impendisse, inquit, mox de eodem refert, quod genium suum defraudaverit i. e. pecuniæ vim nimis magnam in libris impenderit, quod etiam ex testimonio COLOMESII s. COLOMIESII evidenter fortè apparet. (*hh*)

(*ff*) Hoc testim. extat in libro, qui inscribitur: *Bibliothèque choisie de Mr. COLOMIES &c. Amstelod. 1700. in 8. p. 132.*
 (*gg*) in *Polyh. Liter. lib. 1. c. 3. p. 22.* (*hh*) Laudat hanc Bibliothecam CONRING. in *epist. de Bibl. Aug. ad L. Bar. à Boineburg.*

§. VII.

Longè autem certius est, ALDUM quoque MANUTIUM juniorem, nullis sumtibus in libris omnium scientiarum coemendis, parvisse. JANUS enim NICIUS ERYTHRÆVS (*ii*) refert, illum tam exiguas habuisse facultates, ut aliquot centum aureorum fœnore ad transferendam familiam accipere debuerit, unde etiam hoc ære alieno nunquam levare potuit. Idem de eodem, Vir ingenio quidem & eruditione excellens, Germanorum tamen periniquus censor BAILLETVS (*kk*) refert: *Il se vit non seulement méprisé & maltraité de ses ecoliers par sa mauvaise conduite, mais encore appauvri, negligé, & accablé de dettes, a cause des grandes dépenses, qu'il avoit faites pour faire transporter ses livres & son imprimerie de Venise a Rome.* Neque quod æs alienum contraxerit, opumque alienarum indigens fuerit, mirum est, nam octoginta millium librorum bibliothecam reliquit, & eandem Pisanorum academia legavit. (*ll*)

(*ii*) in *Pinacotheca prima seu parte Ima p. 184.* (*kk*) in *tr. jugemens des sçavans Tom. 2. p. 8.* (*ll*) FRANCISC. SCHOT-

B

TUS

Typis STEPHANI...

1708

20.

21.

22.

23.

24. 6

25.

TVS de Bibl. Vatic. Itinerar. part. 2. c. X. p. 146. feqq. edit. Vincent. 1601.

§. VIII.

Sequitur nunc, quem tamen primo debuiffem nominare, IO. SAMBUCUS, *Maximil. II. & Rudolphi II.* Imperat. Rom. Confil. & Historicus. Hic cum in plurimis, Germanorum æquè ac Gallorum Italarumque Academiis aliquot annos in studiis confumiffet, & non solum artis medendi scientiam, sed & antiquitatis, Eloquentiæ, Poeseos ac Historiæ studia excoluiffet, ad adultiorem ætatem proVectus, Medici, Poetæ, Oratoris & Historici incomparabilis laudem est consecutus. *Hic autem vir admodum liberalis, omnem fere substantiam suam conquirendis libris, monetis & studiis antiquis impendit. (mm)* Clarius adhuc ejusdem Sambuci nimium libros coemendi studium CLARMUNDUS describit: *Er / Sambucus, schaffte sich die allerrauesten Bücher an / ja er war so liberal, daß er sein ganzes Vermögen auf Bücher wandte / daher es sich zum öftern zutrug / daß er nicht einen Dreyer im Hause hatte / und armseelig sich in Kleidern / Essen / Trincken und dergleichen hinbringen mußte. (nn)* Hujus autem Sambuci Bibliotheca sine dubio librorum exquisitissimorum copia locupletissima, bibliothecæ Vindobonnensis hodie pars est, cumque aliis eruditorum hominum thesauris literariis in hanc translata. (oo) Autores varios à *Sambuco* editos LOHMEIERUS (pp) recenset, illius vero vitam fufius van der LINDEN, BOISSARDUS, SIMLERUS, PETRUS VICTORIUS, quorum scripta CLARMUNDUS, loco paululum antea citato nominat, alique (qq) describunt.

(mm)



(*mm*) FREHERUS in theatr. vir. erud. clar. p. 1282. (*nn*) in vit. clar. in re liter. viror. part. Vt p. 4 vid. etiam Tom. 3. p. 233. in BAILLETI lib. cit. (*oo*) AICHERUS in horto inscript. p. m. 149. (*pp*) de Biblioth. p. 204. (*qq*) vid. N. Biblioth. Tom. I. p. 887. & 88. ubi de Sambuci Bibliotheca dicitur. Et quia Tirnavia in Hungaria in lucem editus est, prolixè de hoc Sambuco agit, CZWITTINGERUS, in specimine Hung. literatæ, ubi simul epigramma, quod BRISMANNUS in obitu Sambuci scripsit, legitur, hujusque tenoris est:

*Dum, Sambuce, cadis, cæli, terræque marisque,
Numina, decessum congemuere tuum.*

§. IX.

Agmen, ut ita loquar, claudat SILIVS ITALICVS. Erat autem, uti PLINIVS (*rr*) loquitur, Φιλόκαλ^ο usq; ad emacitatis reprehensionem. Plures iisdem in locis villas possidebat, adamasque novis, priores negligebat. Multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, sed etiam venerabatur. Erat Φιλόκαλ^ο, sive uti CELLARIVS (*ss*) verbum hoc interpretatur, honestissimarum rerum, seu dignæ supellectilis studiosus; & quidem usque ad emacitatis reprehensionem. Silium vero Italicum communi eruditorum, quos hactenus nominavi, morbo laborasse, & plus, quam par est, libros congestisse, credo. Dicitur enim in hoc Plinii testimonio, quod in pluribus variisque villis multum librorum habuerit, quod fuerit Φιλόκαλ^ο, ein besonderer Liebhaber / uti excell. SARTORIUS (*tt*) vertit, der Keinslichkeit / oder aller schönen und galanten Sachen. Ein Liebhaber / uti hodie loquimur, schöner Meublen, studiosus erat rerum omnium pulchrarum bonarumque, i. e. librorum, statuarum, imaginum, amator erat pulchræ supellectilis, libros autem plus

B 2

quam

20.

29

21.

22.

23.

24. 6

25.

quam statuas & imagines, optimam eruditorum supelle-
tilem esse, quivis concedet. Quoniam vero illarum, quas
nominavi, rerum, usque ad excessum, ad emacitatis usq;
reprehensionem studiosus fuit, hinc utique ex hoc PLINII
testimonio colligi potest, Silium Italicum nimia cupiditate
libros sibi comparasse.

(rr) lib. 3. epist. 7. (ss) in dissert. Acad. part. I. disp. 4. de C. Sillio Ita-
lico Poeta Consulari s. 16. (tt) in s. teutschen Plinio p. 134.
§. X.

Neque superioribus tantum seculis, sed præsentis quo-
que, Viri, ob doctrinam celebratissimi, simul vero librorum
ad reprehensionem usque cupidissimi emtores vixerunt.
JO. FRID. MAIERVS, Theosophiæ Doctör, ad maxi-
mas dignitates ob incomparabilem facundiam, eruditio-
nem, aliasque animi dotes elatus ac immortalis, tantas
tamque ingentes in libros impensas, uti fama fert, fecit,
ut creditoribus, pecuniam olim mutuata reposcentibus,
fatisfacere vix potuerit; **Es ist fast / ita alias loquimur,
über seine Güter ein Concurfus entstanden.** Idem pariter
fecit, Vir de re tam publica quam literaria optimè meritus
D. JOACH. HOPPIVS, Anno 1712. mortuus, hic Ge-
danensium olim Professor, mox Pro-Consul amplissimus,
omnem substantiam, ut numerosam conderet bibliothè-
cam, impendit, atque sic admodum sumtuose libros con-
gessit. Alia pluraq; præter hæc exempla scilicet, W. E. TEN-
TZELII, ROESCHELII, Theol. Prof. Witt. & CHRIST.
KRAUSII Doct. Hallensis, adducere possem, nisi me id,
quod probandum erat, jam satis probasse, certo crederem.

§. XI.

De BVSBEKIO, (uu) CANTERO, (xx) PEIRE-
SKIO, (yy) PINELLO, (zz) ANTONIO PECCA-
TEL-



TELLO, (aaa) aliisque, licet avidissimi librorum emtores fuerint, proluxe verba facere nolo, nam à nimiâ emtione librorum abstinuerunt, unde nec forsitan probari potest, illos patrimonia, ut magnifico librorum apparatu essent instructi, profudisse. An vero his, quorum præfenti paragrapho mentionem feci, an contra illis, quos hactenus nominavi, doctissimis Viris, ERASMVM ROTERODAMVM annumerare debeam, valde nunc hæreo: De hoc enim CLARMVNDVS (bbb) scribit: *Bißweilen schrieb er ein und anderes Tractätchen / und weil er gemeintlich wol beschencket wurde / so schaffte er sich vortreffliche Bücher an / allein weil er sich sehr genau in Essen und Trinken hielt / so wurde er nicht allein scabie incommodiret / sondern zog sich auch eine hefftige Kranckheit zu.* In morbum itaque, nimirum scabiem, ERASMVS incidit, quoniam admodum exiguo cibo & potione refectus diem transegit, an autem ideo tam parcè, continenter ac sobriè vixerit, ut libros sibi comparare posset, alii judicent.

(uu) in legat. Turc. epist. 4. de se ipso scribit: *Reporto magnam farraginem veterum numismatum, quorum præcipuis donabo Dominum meum. Ad hæc græcorum librorum manuscriptorum tota plaustra, totas naves &c. converti omnes angulos, ut quicquid restabat hujus mercis, tanquam novissimo spicilegio cogerem,* conf. FREHERUS l. c. p. 931. P. Anonyme paregyriste de l'Archiduc ALBERT, dit, *que Busbeque a enrichi la Bibliothèque imperiale d'une infinité de rares & excellents manuscrits.* vid BULLART, *Academ. des scienc.* Tom. I. p. 8. & BÆLIUS Tom. I. p. 745 (xx) Hic, quod notandum, cum tenerimus infans esset, & vagitum ederet, nulla re magis, quam libri oblatione mulceri potuit. FREHERUS l. c. p. 1471. postea autem summo, in artibus ingenüis ardore, versatus est, ac avide li-

bros sibi comparavit. Unde Symboli loco *Juliani Imperatoris & Gisberti Voetii* effatum elegit, & illud foribus bibliothecæ suæ adscripsit: *Alii equos amant, alii aves, alii feras, mihi vero à puerulo mirum acquirendi & possidendi libros insedit desiderium.* (yy) vid. p. 72. Tom. X. de vit. vir. in re liter. clarissimorum. (zz) Hunc insatiabili cupidine librorum flagrasse, dicit NAU-DÆUS in dissert. de instruenda Bibl. vid. p. 117. part. 2. collect. scriptorum de Bibl. MADERI & SCHMIDII. De eodem Pinello, JO. PHILIPP. THOMASINUS in dissert. de Biblioth. Manufr. Patav. scribit: *Quicquid veterum librorum in urbe nostra aut vicinis oppidis erat rari, pretio precibusque in amplissimam bibliothecam suam accumulavit.* (aaa) Hic gente Siculus, præclarum vendidit prædium, ut *Ticum Livium*, quem *Poggius Florentinus* manu propria descripserat, & notis forte ad marginem positis illustraverat, emere posset vid. c. 24. Tom. III. in tr. Gallico: *La science des personnes de la Cour, de l' Epee & de la Robe*, quem Dn de CHEVIGNY 1713. Amstel. in 12. edidit.

§. XII.

Jam quid de nimio eruditorum libros coemendi congerendique studio sentiendum sit, quæritur? Ast cum inter doctos alii reprehendant irrideantque illos, qui maximis bibliothecas sumtibus, condunt; alii vero emacitatem librorum laudent & excusare studeant, variorum prius varias hac de re sententias ordine proponam.

§. XIII.

Increpat autem homines, in emendis libris admodum sumtuosos, vir in Gallia clarus de VIGNEVL MARVILLE, (bbb) dum scribit: *La bibliomanie, a été une des maladies de ce secle: chacun par un luxe curieux, studiosa luxuria, a voulu avoir des livres & former de grands corps de bibliothèques.* Ita quoque ex veteribus SENECA sentit: *Apud desidiosissimos, inquit, homines videbis, quicquid orationum historia-*
rumq;

rumq; est, & tecto tenus exstructa loculamenta. Jam enim inter balnearia & thermas bibliotheca quoque, ut necessarium domus ornamentum, expolitur. Clarius, idem eodem libro, (ccc) mentem suam ita explicat: Quo mihi, inquit, innumera- biles libros & bibliothecas, quarum Dominus vix tota sua vita indices perlegit? onerat discentem turba, non instruit &c. Quadra- ginta millia librorum Alexandria arserunt, pulcherrimum regie opulentia monumentum, alius laudaverit, sicut Livius, qui ele- gantia Regum, curaque egregia opus id esse dixit. Non fuit ele- gantia illud sed studiosa luxuria, imo ne studiosa quidem, quoni- am non in studium, sed in spectaculum comparaverant, sicut ple- risque, ignavis etiam servilium literarum, libri, non studiorum, sunt instrumenta, sed cœnationum ornamenta. Parctur igitur librorum, quantum satis est, nihil in apparatus. Honestius, in- quis, in hos impensas, quam in Corinthia vasa pietasque tabulas effuderim. Vitiosum est ubiq; quod nimium est. PINELLUS igitur, æquo animo ferre non potuit, privatorum in congeren- dis, vel rarioribus nummis, vel gemmis ob purissimum nitorem pretiosis, vel lapidibus, propter figuras, à naturâ impressas, præstantibus, vel denique in cumulandis libris prodigentiam; sed talium opes suas exhaurientium insani- am maximè improbat. (ddd).

(bbb) in tr. qui inscribitur: Melanges d' histoire & de la literature &c. Tom. I. p. 42. (ccc) libro de Tranquill. animi c. 9. (ddd) MORHOF. in Polyh. literar. lib. 1. c. 3. pag. 22.

§. XIV.

Gravius adhuc & aculeatis plane verbis alii indoctos librorum emtores ac possessores perstringunt. Ex vete- ribus enim LUCIANUS, (eee) si verba in Lat. Lingvam transferantur, inquit: *At sane quod tu facis, ei, quod volun- tate*

20.

21.

22.

24. 6

25.

rate intendis, avertatur. Futurum enim putas, ut eruditus videare, si optimos quosque libros coemeris: verum hoc tibi deorsum recidit, tuaque inscitie est quodammodo argumentum. — Paulo post scribit: Nondum hodie assequi potui, cujus rei gratia tanto studio libros emeris. Nam fructus & usus causa nemo putare queat, qui te vel mediocriter novit. Non certè magis, quam si calvus pectinem emat, aut speculum cæcus, aut tibicinem surdus. (fff) Eandem, hac in re cum Luciano mentem habet LOHMEIERUS: (ggg) Videas, inquit, multos scientia & studio vacuos coemere libros, iisque nitide ornatis ac dispositis, nec unquam loco motis, vastæ eruditionis existimationem apud imperitos venari, hos merito in navem stultorum compegit, SEBASTIAN. BRAND. (hhh) Neque aliter Vir pereruditus MEUSCHENIUS (iii) sentit: Occurrunt, ait, in dies homines quam plurimi, qui licet literarum sint rudes, disciplinarum incapaces, bardi, Davi, tamen eruditorum numero adscribi volunt, ex ea ratione, quod eruditorum labores, libros ac scripta magno pretio, uti olim quidam Epicteti lampadem, sibi comparaverint, ac in scriniis suis, non in pectoribus arctè custodiant. Hinc si facultates ipsis affluunt, undique ex variis regionibus ac distitis saepe terris, exque omnibus officinis ac librorum auctionibus, libros corradunt, comportant, & quidem absque selectu, absque ordine, absque scopo, absque ulla librorum cognitione. (kkk)

(eee) Tom. 2. Operum p. 378. in edit. quæ Amstel. Anno 1687. ex versione JOAN. BENEDICTI, cum notis integris JO. BURDELOTHI, JAC. PALMERII à Grentemeln, TANAQV. FABRI, ÆGIDII MÊNAGII, FRANC. GUIETI &c. duobus Tomis in 8. prodiit. (fff) vid. in eodem Luciano dialogus, qui inscribitur: πρὸς ἀπαιδεύτου ἢ πολλοῦ



βιβλία ἀνέμενον, & in quo quendam divitem, innumeros prope libros coementem, sed literarum expertem, graviter objurgat, vid. pag. paulo ante cit. (ggg) de biblioth. cap. I. (hhh) de hoc libro ejusque Autore confer. Vir ob eximiam eruditionem etiam post obitum celeberrimus OMEISIUS in libr. grædi. *Inteitung zur accuraten teutschen Reinsund DidioKunst* p. 28. (iii) §. 3. eruditæ præfat. quæ BARTHOLINI dissert. de libri legendis & Ffti 1711. edit. præfixa est. (kkk) historiam admodum ridiculam, de stolidâ quadam & nimia librorum emtione proponit gallicus scriptor, quem præc. §. in notis litera prima nominavi.

§. XV.

Excusat contra nimiam librorum collectionem, & illis, qui insatiabiles librorum emtores sunt, causam dicit MORHOFIUS: (lll) *Ignosci, ait, privatis debet, si hac discendi cupiditate abrepti, cum rei suæ familiaris jactura, hic insaniant. Etenim si unquam, hoc cum ratione insanire est, (mmm) qua multos ita abductos vidimus, ut vel genium fraudarent, quo animum his deliciis pascere. Aliqui vel vitam acerbam sibi existimârunt, si libris sibi carendum foret, ut igne & aqua sibi interdici tolerabilius habuerint, quam librorum facere jacturam.* (nnn) Morhofio calculum adjicit, CAVSINVS, (ooo) inque hæc verba erumpit: *Non dubitandum, quin si quis scientiæ sanctorum, aut morali Philosophiæ studere velit, uno libro possit esse contentus, veletiam nullo ad culmen Evangelicæ perfectiōnis evadere, verum alia scientiarum atque artium ratio est. Neminem enim invenio inter doctos, qui libros avidè non conquisi-verit, & cum multos haberet, plures non optârît. Clarius vero Doctorum in libris emacitatem approbat, KOCHIVS, (ppp) & ita scribit: *Digni sunt, quorum memoria servetur, eruditi, qui bibliothecis instruendis, librisque conquirendis, nullis sumtibus pepercerunt. Imprimis cum id sæpissimè tam proffero successu factum sit, ut plus emolumentum ex iis, quas privata industria**

C

para

20.

29

21.

22.

24. 6

25.

parârunt, quam Principum bibliothecis in orbem literarium redundarit. An denique idem, MARESIVS, (qqq) in verbis, quæ statim sequuntur, sentiat, alii judicent. *Eximia, inquit, res est, & magnificienda librorum supellex, & gemmis auroque pretiosior, cui comparanda, si res ita ferat, aliqua etiam patrimonii portio non malè impendatur.* Paulo post autem scribit: *In iis (libris) ut in cæteris rebus modus est optimus, neque eos in immensum accumulari probo, nisi fortè usibus publicis destinentur.*

(lll) lib. 1. c. 3. Polyh. liter. p. 25. (mmm) An quis cum ratione insanire possit, dubito; idem hoc est, quam si quis cum Viro, alias hac nostra ætate ob doctrinam celebratissimo, poetas, honette und unstrâffliche Diebe appellaret, vid. *der auserles. Anmerkungen 5ter Theil* observ. 7. p. 159. aut etiam, si quis imitari vellet PETRUM AXIUM, qui HENRICAM. CATAR. FRIESIAM s. GERSDORFIAM, quæ hâc tempestate primum inter fœminas eruditione illustres locum tenet, ein reines und untadelliches Monstrum dixit. Contradictionem id involvere mihi videtur, si quis fur, honestus tamen & inculpatus dicatur, si enim integer seu inculpatus est, neutiquam fur dici poterit. Neque fœmina ob eximias singularesque animi dotes monstrum, sed elegans vel inculpatum appellari debet, ineptaque hæc fœminam laudandi ratio est. Id quod purum elegans & nequicquam vituperabile est, absurdè monstrum vocatur; Monstra enim propriè, animantia, res, vel personæ ad spectu horrendæ ac inusitatæ sunt, & præter naturam accidunt, hoc autem in fœminas, nobilissimis artibus politas, neutiquam quadrat. (nnn) quam iniquo animo CODRUS URCÆUS, cum ejus bibliotheca in cineres esset redacta, infortunium hoc tulerit, SPIZELIUS in liter. felic. p. 12. refert. (ooo) de Eloquent. sacra & profana pag. m. 164. (ppp) loc. toties citat. p. 17. (qqq) in epist. Philol. lib. 2. ep. 32. p. m. 418. & 19.

§. XVI.

Flagrans hoc eruditorum libros coemendi studium
forte



forte olim Philosophi, omnis scientiæ Magistri, magnolibros manuscriptos pretio comparantes, approbarunt. *Plato enim & Aristoteles*, ut CAROLI (rrr) verbis utar, *libros raræ bonitatis ingenti pretio mercati sunt. Ille quidem tres Philolai Pythagorici plus mille Philippeis (sss) hic pauculos Speusippi, mille & octingentis coronatis.* Idem de his & aliis ad hanc ætatem usque celebratissimis Philosophis, SALDENUS, de singulari quorundam in libros affectu differens, (ttt) refert.

(rrr) in animadv. ad AULUM GELLIUM lib. 3. c. 17. p. 234.
(sss) confirmat hoc BAILLETUS l. cit. Tom. I. p. 545. (ttt)
in tr. de libris varioque eorum usu & abusu p. 262. seqq.

§. XVII.

Meo autem iudicio, nimium & cum rei familiaris detrimento conjunctum libros coemendi studium, neutiquam laudari commendarique potest, sive summi gentium Domini, sive viri dignitate, ingenio, & doctrina recondita conspicui, sive literarum expertes, ast magnis opibus præditi, immensam librorum vim colligant; Nam & hic commune omnibusque notum proverbium: *Omne nimium vertitur in vitium*, obtinet.

§. XVIII.

Fateor, quod summis potius laudibus efferendi, quam reprehendendi sint, Principes, qui Bibliothecas & libros omnium scientiarum exquisitissimos congerunt. *Longe enim honestius in bibliothecarum instructionibus, quam in magnificis substructionibus, spectaculis, epulis & innumeris aliis perdendarum opum instrumentis, insanire.* Quicquid hic impenditur, in Republica bonum cedit, cum cetera, vel peritura voluptati, vel inutili vanitati cum civium detrimento impendi soleant, uti rectè MORHOFIUS (uuu) iudicat. Hinc Principes Bo-

C 2

rullo-

typis STEININGHAMIENSIS

1708

20.

29

21.

22.

23.

24. 6

25.

rufforum laudatissimi, & literarum benignissimi statores FRIDERICUS REX & FRID. GVIL. Elector, Parens ejus, perennem sibi gloriam, magnis sumtibus numerosissimam & selectis rarissimisque libris abundantissimam, in principali Palatio Berolinensi, Bibliothecam instruens, pepererunt. (xxx) Nihilominus tamen etiam hac in re modum fervare, nec ad emacitatis usque reprehensionem Principes, illi præferim, qui exiguis regionibus præfunt, in conquirendis libris operosi esse debent.

(uuu) l. c. p. 27. part. 1. c. 3. (xxx) approbat Principum libros congerendi studium MEUSCHENIUS, & ita loquitur: *Utique Principibus permittenda sunt magne ac illustres bibliothecæ, nam licet magnitudine regiminis & negotiorum publicorum prohibiti, ipsi bibliothecis suis frui haud possint, exstruunt tamen hæc magnifica Minervæ sacraria in usum aliorum, omnibusque hujus Dæ cultoribus, accessionem liberam permittunt, &c. atque adeo exstructione splendidissimarum bibliothecarum laudem potius, quam reprehensionem merentur, qua multo magis digni omnes illi Principes &c. qui in erigendis publicis bibliothecis sunt negligentiores.* vid. §. 14. in præfat. ad BARTHOLINI libellum de libris legendis.

§. XIX.

Ministri Principum & summi in Republica Viri, rem pariter maximè laudabilem agunt, quando MAZARINI, COLBERTI, SPANHEIMII, GVDII, aliorumque exemplo, summa industria libros conquirunt; tum vero illorum opera majori adhuc laude digna est, cum non in speciem, cultumque parietum, (quod tamen Gallia quosdam Proceres fecisse, MARESIUS, (yyy) refert) sed ut ipsimet, alique literarum studiis tanto melius vacare possint, bibliothecas adornant. Sed neque hos, si patrimonialia opesque suas penitus in librorum collectione profundant, rectè agere statuo; malè ut plurimum hoc modo libris



beris necessariisque prospiciunt, utpotè qui minimam pecuniæ partem, quam illi emendis libris impenderunt, cum venduntur, redimunt.

(222) in epist. philol. p. 419, lib. 2. ep. 32.

§. XX.

Clarè jam, ut opinor, ex hæcenus dictis, quid de privatorum libros coemendi ardore sentiam? patet. Studiosa hæc, ut SENECAE verbis utar, est luxuria, bonorumque effusio parum laudabilis. Rectè igitur MORHO-FIVS judicat: *Coemendi sunt à privatis libri, inquit, non quibus opus habent, sed potius necessarii. Pretiosi illi, magna volumina ad ornatum interdum bibliothecarum potius spectantia, ad bibliothecas publicas referendi, minutiores vero libri, singulares, rariores, singularis argumenti, qui se oculis emtorum facile subducunt præ cæteris comparandi.* Ita vero sentienti MORHOFIO promptè subscribo.

§. XXI.

Nullam verò aliam ob causam plurimi tantos in libris sumtus faciunt, quam quia firmiter credunt, se citius eruditionis gloriam famamque consequi non posse, quam si copiosa librorum supellectile abundant. *Gloria sua, inquit, MEVSCHENIVS, (222) hac librorum multitudine litant, seque vel sapientes esse existimant, si sapientum scripta possident, vel saltem ita videri, & eruditorum numero adscribi volunt. Unde si in hoc vel isto eruditionis genere sese excellere, aliis persuadere cupiunt, omnes eo spectantes libros sibi acquirunt, Theologos coemunt, ut Theologi videantur, Jurisconsultos, ut inde Jurisconsultorum clarorum nomen acquirant; Medicos, ut illustrium Medicorum famam æquent; Philosophos, ut tanquam Philosophi admirentur; Philologos, ut pro magnis habeantur Criticos; Literatores, ut Polyhistoris gloriam apud alios sibi adsciscant &c.*

C 3

Re

Typis STEPHANI...

1708

20.

29

21.

22.

23.

24. 6

25.

Rectè vero hos nulla rerum cognitione, nullaque scientia ornatos librorum emtores, aculeatis, idem MEVSCHE-
NIVS, verbis perstringit, dicitque hos similes plane frau-
datoribus & pharmacopolis circumforaneis esse, qui medi-
camenta in theatris multa & salutaria, simplici vulgo osten-
dunt, ut pro optimis medicis habeantur, cum tamen me-
dendi artem profus ignorent. Solent quoque hi homines
scriptorum præstantissimas editiones sibi comparare, MS^{ta}
summo pretio redimere, & ut compactio librorum æqualis
sit, curare. Ast uti JO. HARIVS, (b) sive *Joannes de
libris* dictus, quamvis totam ætatem collectione & libro-
rum emtione consumserat, doctissimi viri nomen sibi om-
nibus, quæ collegerat, scriptis, comparare non poterat,
illum enim potius mediocriter doctum, una omnes voce, ap-
pellabant; ita nec illi, qui bibliothecas libris abundantis-
simas habent, viri statim doctissimi sunt, appellarique de-
bent. Non librorum copia, sed rerum multarum notitia
solidaque cognitio, ut quis doctus sit, aliisque talis esse vi-
deatur, efficit.

(zzz) in præfat. ad BARTHOLINI dissert. de libris legendis §. 9.

(a) ib. §. 3. (b) LOHMEIERUS de biblioth. p. 251.

§. XXII.

De librorum heluonibus, sive de viris, qui emendo
eruditorum scripta satiari non potuerunt, hætenus disserui,
nunc breviter adhuc de illis, qui tres tantum aut decem li-
bros sibi compararunt, differendum est; ut, an hi pruden-
ter libros coemerint, eo clarius pateat.

§. XXIII.

Exiguam vero, imo nullam prope librorum supelle-
ctilem, plurimæ & multifariæ eruditionis viri habuerunt.
PHILIPPUS MELANCHTON, præter sacrarum litera-
rum



rum volumen, PLUTARCHI & ARISTOTELIS, PLINIIque scripta, plura non habuit. (c) CARTESIUS, ut dicitur, unicum saltem, ex innumera librorum copia scriptorem, EUCLIDEM scilicet perlegit, nullosque, ut vel minimam tantum bibliothecam conderet, sumtus fecit. (d) Plura eruditorum, qui tamen admodum exiguo librorum apparatu instructi fuere, exempla, (e) ut brevitati studiam, ex industria adducere nolo.

(c) vid. §. 13. & 14. in den auserles. Anmerk. Obf. 5. Tom. IV. it. p. 18 in den Monatl. Unterred. von Ao. 1689. (d) hoc ex MEUSCHENII toties laudata præfatione, de vana librorum pompa, refert autor des N. Büchersaals Tom. I. p. 824. (e) conf. de ἀβιβλοῖς s. eruditio sine libris, dissert. quam M. HENR. BONICK Lips. 1693. edidit.

§. XXIV.

Ast vel nimium avari, (f) vel plus quam decet superbi, vanæque gloriæ cupidi esse videntur eruditi, qui nullos aut perpauca saltem libros congerunt. Optime igitur, Vir, variis, quæ in publicam lucem emisit, doctè profecto elucubratis scriptis clarissimus, Fautorque honoratissimus, M. MICH. LILIENTHAL, de ἀβιβλοῖς, sive doctis hominibus sine libris, judicat: *Notetur, inquit, modo affectatam librorum penuriam, nimiumque bibliothecarum contemptum, aque inter artes quorundam inclarescendi esse referendum, illorum scilicet, qui piaculum existimant, ex libris doctum esse; Sed vere eruditum ex proprio ingenio omnia depromere debere, statuunt. Quare etiam sapientiam unicè querunt in scientiis merè speculativis, abstrusis, subtilibus, & qua librorum ope adeo non indigent, v. g. Mathematicis, Physicis, Metaphysicis &c. ut, omnia ex suo se ingenio excogitasse, aliis persuadent.* Facile ergo partim ex hoc testimonio, partim ex illis, quæ
in

in principio hujus Sphi leguntur, verbis, quilibet poterit colligere, quod neutiquam inter doctos laudari possint, illi, qui ne quidem minimam rei familiaris partem, libris conquirendis impendunt. Firmiter quidem, sed inepte hi homines (credunt, se jam satis superque omni doctrina eruditos, & inexhaustos quasi eruditionis fontes esse, quamvis unum alterumque saltem librum habeant; ex suo tantum pectore, non autem ex libris, omnem depromi posse sapientiam arbitrantur.

(f) de turpi doctorum hominum avaritia conf. SPIZELIUS in liter. felice pag. 861. (g) in dissert. histor. morali de Machiavellismo literar. p. 72.

§. XXV.

Possset autem quis, ut hanc quorundam in libris penuriam eo magis excusaret, objicere: Pauciores longè, quam in Principum bibliothecis alias inveniuntur libri, ad eruditionem sufficiunt, (b) neque illi, qui voluminibus abundant, necessario literatissimi sunt viri, (i) denique & illud ex eruditorum coetu plurimi fatentur, quod quis paucorum librorum lectione, multa vero & attenta meditatione rerum, ad summam eruditionem adspirare possit; (k) Nihil igitur tot libros coemere, juvat. Quamvis autem hæc omnia vera sint, neutiquam tamen in quorundam, illorum scilicet, de quibus præced. §. dixi, nimium bibliothecarum contemptum, librorumque fastidium applicari debent. Omnino exigua quoque librorum supellex hunc usum præstat, ut multiplici doctrinâ bonisque artibus animum induamus; hoc autem vix fieri potest, si quis tres tantum vel quatuor libros ad manus habeat. Prima quidem ex tam paucis voluminibus scientiarum principia, non autem secreta hauriri possunt. Præterea & illud concedo, quod quis sine grandi

di librorum copia vir doctus fieri possit, firmiter autem nego, quod uno alteroq; tantum libro instructus, summos in studiis facere profectus queat, quin summam librorum penuriam maximè obstare puto, quo minus multi animum doctrinis expolire possint. Insignis vero librorum apparatus, quod doctis valde necessarius sit, SALDENUS (l) ita confirmat: *Certissimum est, inquit, perpaucos esse, si ulli sint, qui viri profunde eruditi, sine multorum librorum lectione sedula & attenta, nunquam evaserunt. Imo vero monstrari mihi vel unicum literis probe perpolitum velim, qui ea ipsa de causa, quod talis sit, omnia deinceps scrutandi rimandiq; ardore continuo inflammatus non sit: at quo pacto talem aliquem laudatissimi sui voti compotem fieri posse credas, sine insigni exquisitissimorum librorum adminiculo & usu.* H. J. Quod enim illi, quibus constitutum est, libros scribere, & varia eruditionis suæ specimina prelo subjicere, magna librorum suppellectile indigeant, certissimum est, hocque variis ATHENÆI, PLINII, BARONII, CASAUBONI, BARTHII aliorumque exemplis, MEUSCHENIUS (m) probat.

(b) *Il faut peu de livres pour être sçavant, mais avoions qu'il en faut beaucoup moins pour être sage* p. 181. in libro, qui inscribitur; Les entretiens de feu Mr. de BALZAC. (i) Vid. p. 160. & 161. in MARES. Epistolis à celeberr. Lipsiensium Theologo RECHENBERGIO editis. Nam non statim sunt docti, qui multos habent libros, uti nec illi necessario eruditi, qui multa magnaue ediderunt volumina, egregie igitur BAILLETUS Tom. I. tr. jugemens des sçavans p. 397. seqq. disserit de la grosseur & de la petitesse des livres, de ceux qui se font etudiez à faire beaucoup des livres & de ceux, qui en ont fait peu. (k) Hoc idem MARESIUS Epist. 9. lib. 1. prolixè probat. (l) p. 276. in tr. de libris varioque eorum usu & abusu. (m) In præfat. quam toties laudavi.

D

§. XXVI.

Typis STERLINGIANIS

1708

20.

29

21.

22.

2

24. 6

25.


§. XXVI.

Præterea quidam hoc quoque objiciunt. Vastioris bibliothecæ minor sæpe usus est, quam selectæ & parvæ, (n) librorumque multitudo plus nocet, quam prodest, (o) rectè igitur agunt, qui perpaucos saltem libros sibi comparant. Sed neque hæc dubitandi ratio simpliciter vera est. Tum enim numerosa bibliotheca literarum cultoribus parum prodest, quando sine dellectu, ex innumeris, nullius tamen pretii, libris est conflata; hoc autem de Vindobonensi, Augusta seu Brunswicensi, Berolinensi, & de pluribus aliis Batavorum, Anglorum, Gallorum, Italorumque præstantissimis bibliothecis, ob librorum multitudinem æque ac bonitatem laudandis, dici neutiquam potest. (2) Quod librorum copia legentis animum distrahat, & nobilissimarum artium studiosis sæpè non prodest, sed noceat; fieri equidem potest, si legentes vel confuse libros evolvant, aut leviter saltem literis imbuti sint, vel perfectam rerum, de quibus eruditorum scripta consulunt, cognitionem non habeant. Alia autem est ratio, cum quis ordine libros perlegit, & insigni eruditione instructus, ad lectionem librorum multorum accedit, tum enim profecto plus emolumentum, quam detrimentum ex scriptorum evolutione capiet.

(n) Ita ex quorundam sententia MORHOFFIUS l. supra cit. loquitur. (o) SENECA olim dixit: *Distrabit animum, librorum multitudo ——— & lectio ista multorum auctorum & omnis generis voluminum, habet aliquid vagum & instabile.*

§. XXVII.

Ut omnia, quæ hæcenus fuscè proposui, tribus quasi verbis complectar, sequentia probè sunt notanda. Congerant (1) literarum cultores libros non innumeros, nec sine discrimine omnes, quos adspiciunt. (2) Hoc libros colligendi studium non sit cum rei familiaris jactura conjunctum



ctum. (3) Dum libros selectos coëmunt, ut ipsi ingenuarum artium periti sint, studeant. (4) Fiat hæc librorum collectio, non gloriæ vel ostentationis causa. (5) Omnibus, qui in studiis liberalibus operantur, aditus ad bibliothecam liberè semperque pateat.

§. XXVIII.

De Bibliothecis autem & librorum genuina conquirendi ratione differens, meas esse partes statuo, ut quorundam eruditorum, qui in regionibus exteris vivunt, apparatus librorum ingentem quamvis, exquisitum tamen, summis laudibus efferam. Ea igitur, qua par est, observantia laudo Virum, humaniorum literarum Vindicem, suæque non solum patriæ, sed etiam totius Germaniæ ornamentum, JO. ALB. FABRICIUM. Fateor, me in splendida Hamburgensium urbe bibliothecam, optimis rarissimisque libris abundantissimam, in hujus Viri ædibus vidisse; firmiterq; credo, hanc summi Polyhistoris bibliothecam, privatarum in Germania omnium, reginam & Principem esse. Nondum pariter ex animo mihi effluxit singularis & eximia prorsus humanitas, quâ Viri, ob summam eruditionem, & innumera in rem literariam merita, omnibus elogiis majores, celeberr. & maximè Reverendus BOERNERUS & Illustris JO. BURCK. MENKENIVS, Professores Lipsiensis Academiæ dignissimi, nec non Vir elegantia ingenii, doctrinæ præstantia, & generis nobilitate Francofurti ad Mœnum clarissimus ZACH. CONR. ab UFFENBACH me exceperunt. Magnificam lautissimamque librorum supellectilem, laudati modo viri possident, hancque peregrinis (quod & mihi obtigisse gratissima mente agnosco) lubentissime ostendunt, hac autem ratione immortalem sibi in omnibus Europæ regionibus gloriam pariant.



Typis STEPHANI...

1708

20.
21.
22.
24. 6
25.

Ascensure, bono subsellia fidere primum,
Quæ docta crebro lite calere solent.
Ede, labris promptus, responsa facillima,
libris

Quæ de congestis doctior orbis alir.
Sicque voluminibus pangens encomia, laudem
Hæc pandant cœptis nominibusque tuis.

*Ita Civi ex eadem urbe suggratulabun-
dus vovet*

Samuelis Fridericus Weber/
Phil. & LL. Stud.

*Ad Dominum Parentem
Domini Disputantis.*


VIR BONE, qui primos tenero mihi figere
gressus,


Ad Sacra Castalidum culmina rite dedit.

FILIUS, ecce, mei, fateor, pars optima cordis,
Quale Tui pretium nuncece laboris agat?
Dimicat ex Cathedra Phœbeos inter alumnos,
O belle studium cedat UTRIQUE suum!

Sic ex animo precatur

JOH. ANDR. Weber/ Mario. Insul.
Phil. & Medicinæ Stud.





invenietur scientia in mulieribus, sive de intellectum id velint, sive quod verisimilius est, nisi acumine, qua tamen nulla audacior esset hyperbole, convincere erroris ac temerarii a-

XVI

Illud interim, dum ad ipsum, quanquam admodum exemplorum recensum altera Dissertabit, monendum superest, cum nequidem adque sua arcana mulieres admittere velint suas res, vix esse, cur magnum aut qualemcunque eruditionis apparatus ab iisdem nobis promittat postquam, quam alieno sit animo tota gens Romana externa & literatura Graeca Latinaque non verum etiam Philosophia addiscenda, satis super si a Lusitanis, hodie certe, discedas, uti vix inter eruditissimos caetera Judaeos vel primaevae scientiae rudimenta teneat, nemini versato ignotum esse potest; magno quidem versionis ac salutis impedimento & singulari, vino justoque judicio, quo fieri solet, ut quae ipsos latine plerunque scribuntur, (non satis hac ratione instar clausorum Librorum, ut praeter XXIX. n. 12. illis sint, quos nec evolvunt ac legunt, multominus intelligunt aut in animo longo majori suae nationis dedecore, quippe quae olim toti terrarum orbi ad inveniendam disciplinam creta & excolenda eadem praeluxisse non postquam Doctorum est sententia scriptis haud proleto quinimo ab ipsismet Judaeis, quorum aliquis o & disciplinam Paganorum יניחו להם חכמי העברים



the scale towards document

rum
lice-
egis-
octo-
fanæ
tim,
Cri-
niori
, &
sque
t sa-
con-
con-
, di-
ersus
filio)
o Es.
gere
; At
tiam
n fe-
Viro-
bata;
tiam
לקק